

Reuerende in Christo pater  
pax Christi

Hispani 3 Augusti 1654

Magnum huc est nomen R. V. et per alias Hispania vobes, magna  
librorum suorum estimatio apud omnes, et se plerique eos tantum fama  
atque ex aliorum relatione eos cognouerint. valde dolent eos per Hispanias  
non distrahi neque hic vendes exponi, immo nec reperiri nisi fortasse  
apud priuatum aliquem, illorum exemplar. Opera praeterea videtur mihi  
facturus, si aliquot exemplaria omnium suorum operum destinaret  
ad has partes. Petijt a me. R. P. Antonius Araoz, vir amplo et capa-  
ci omnino ingenio, ac Mathematicarum disciplinarum, praeter ceteris  
studiosus atque appropinque intelligens, musicae amator singulari, ut hoc  
quasi commune apud raros eruditos desiderium scriptoris R. V. perscriberet,  
atque rogaret, nominatis ut mitteret delineationes seu schema aliquod  
reuerentissimi de illius fontis, qui anno canonizationis S. P. Nati Jynahy  
exhibitus est populo Romano in area illa, quae est ante templum  
domus professorum Romae, vel siquid in hoc genere praecleari habet. Veris  
eius omnia vestra sunt <sup>opera</sup> praecleara, opere praeterea, ut dicitur, faceret, si  
huc aliqua destinaret. Logo R. V. hinc patri in mea absentia dignetur  
respondere. Ego huc morabor usque ad mensem Februarium anni se-  
quentis, nam eius classe huius anni, quae soluitur iam 11 July, P. Procura-  
tor noster discedere nos patuit, hinc ob inopinatum classis decessum,  
hinc ob plurima sua negotia, quibus Madriti detinetur. Interius tertium  
Theologiae meae annum hic conficiam, cumque ingrediar 9 Septem. iam hoc  
die studia litterarum hic resumunt. 16 July feliciter huc redijt ex India  
classis anni superioris, diuitijs occidentis onusta. Appulit eius ea R. P. Pro-  
curator Mexicanus, item locus P. Procuratoris Peruanus, nam ipse Procurator  
is itinere obiit. Mexicanus inter cetera adfert secum Martyrium  
illustris P. Cornelij Budini, grauelinga in Flandria nati, alius superioris  
mor eius ex Flandria us Hispaniam tendens. Romae vel Madriti edet  
illud is laeuz. Plura mittam ad R. V. ex Ripa Fluminis Amazo-  
nis, de quo mirabilia et stupenda referuntur, mittam, inquam, ea  
secularis vestris pro mundo hinc subterraneo, si tamen subinde R.  
V. ad me scribat, ut intelligam, an ad uiuentem referas, an ad  
mortuum. Plurimas salutes R. P. Schott et M. Estrix.

P. V.

seruus in Christo

Severinus

more Hispanico

Hermando Berthi

1771  
1772  
1773  
1774  
1775  
1776  
1777  
1778  
1779  
1780  
1781  
1782  
1783  
1784  
1785  
1786  
1787  
1788  
1789  
1790  
1791  
1792  
1793  
1794  
1795  
1796  
1797  
1798  
1799  
1800



Mr. P. Schmalz  
Karlshaus  
Comp. de Jett